[illegible] cunctis quod Ego Arnallus Arberti de Mediniano, per me et per omnes presentes atque futuros vendo et concedo tibi B. de Iario et tuis et cui dare vel dimittere volueris in perpetuum totum meum quartonem integre
totius decime omnium rerum de tota parrochia Sancti Stephani de Vallalbino, sic melius potest dici vel intelligi ad tuum comodum et utilitatem et tuorum. Sic tibi vendo sine omni dolo per II millia et centum solidos denariorum
barchinonensium. Quos omnes confiteor a te numerando sic recepisse. Redimis illum quartonem decime de mill. C sol. et modo presentialiter tradis mihi mill. et sic sunt II mill. C sol. et ita bene et obtime recognosco me a te
esse paccatum, ita quod nil remanet penes te. Et ego convenio bona fide ut faciam tibi et tuis deliberare illam meam decimam cum iamdictis mill. C sol. tantum. Et ideo de meo jure ac potestate cum hac presenti scriptura
in tuum trado dominium et potestatem ad omnem tuam tuorumque voluntatem omni tempore ibi et inde facienda, omnibus meis vocibus et racionibus et meorum in tuum dominium et potestatem perpetuo existentis penes te remanentibus.
Et ut hec venditio magis robur obtineat et omnis dubitacio removeatur, proprio motu et absque aliquo [illegible] jure super sacrosancta IIII Dei evangelia meis propriis manibus tacta quod contra hanc vendicionem ego vel aliquis per me
de cetero nullo tempore veniamus, set firma et irrevocabilis in tuum dominium et tuorum omni tempore maneat. Et per me et per meos convenio tibi et tuis semper facere habere et tenere in pace predictam decimam et ut sim tibi et tuis
defensor et guarentor contra cunctam personam. Et si aliquo jure scripto vel non scripto legali vel divino sive humano constitutum huic vendicioni contrarium obviam ire possem, illi juri omnino renuncio. Et ego Gillelmus
de Monte Acuto frater meus per me et per omnes meos presentes atque futuros laudo et concedo tibi B. de Iario in Deo et tuis in perpetuum prescriptam decimam sicut supra scriptum est, et ut faciam illam semper tibi et tuis habere et possidere [illegible]
et sim inde tibi et tuis defensor et guarentor contra omnes alios [illegible] (salvo tamen illis servicio quod mihi inde debetis facere). Et [illegible] hoc confiteor me a te numerando recepisse CCC solidos denariorum barch. Si quis hoc rumpere voluerit [illegible]. Actum
est hoc V kalendas Januarii anno Domini millesimo CC. Sig+num Arnalli Arberti de Mediniano. Sig+num Gillelmi de Monte Acuto qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num Berengarii de Faba
rris. Sig+num Petri de Paniete Russinio. Sig+num Petri de Scala. Sig+num Petri Laurentii. Sig+num Briardi de Ornat. Sig+num Gillelmi [illegible].
Sig+num Raimundi de Mediniano qui hoc laudo et firmo.

[illegible] Stephani qui hoc scripsit cum litteris suprapositis in X linea.

Vilobi

T. 130 X 374

AC. f. 140a

9-1-1201

Venda que fa A[illegible] Alber[illegible] [illegible]
niar[illegible] Beren[illegible] [illegible] quar
to de delma de la parq.[illegible] de [illegible]
de 2100 [illegible] A 9 Gener [illegible]

Nº 15 del plec de Viloví.

53

Nº 60